MISSALE ROMANUM

Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036

Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

est in tempore hoc princeps nec propheta nec dux. neque holo
caustum. neque sacrificium. neque oblatio. neque incensum
neque locus primiciarum coram te ut possimus invenire misericordiam.
sed in anima contrita et spiritu humilitatis suscipiamur. Sic in ho
locausto arietum et taurorum. et sic in milibus agnorum pin
guium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut
placeat tibi quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc
sequimur in toto corde et timemus te. et querimus faciem tuam.
Ne confundas nos. sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem
tuam et secundum multitudinem misericordie tue. et erue nos in
mirabilibus tuis. et da gloriam nomini tuo domine. et con
fundantur omnes. qui ostendunt servis tuis mala. Con
fundantur in omni potentia. et robur eorum conteratur. et
sciant quia tu es deus solus et gloriosus super omnem terram domine.
In illo tempore. Cum audissent Secundum Johannem D ds nr.
quidam de turba sermones ihesu dicebant. Hic est vere
propheta. Alii autem dicebant. hic est christus. Quidam autem di
cebant. Numquid a galilea christus venit. Nonne scriptura
dicit quia ex semine david. et de bethleem castello ubi
erat david. christus venit. Dissensio itaque facta est in turba propter
eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum. sed ne
mo misit in illum manus. Venerunt ergo ministri ad ponti
fices et phariseos. et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis
eum. Responderunt ministri. Numquam sic locutus est homo.
sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisei. Numquid
et vos seducti estis. Numquid ex principibus aliquis credidit in
eum aut ex phariseis. Sed turba hec que novit legem.
Maledicti sunt. Dicit nychodemus ad eos ille qui venit